

Brněnská právní kniha o trestech

519. De penis in genere, quantum ad earum distinccionem, quantum ad personas delinquentes, quantum ad modos, quibus delinquitur, et quantum ad alia diversa, ex quibus sentencie subscripte ut plurimum sunt collecte

Homines delinquunt aut proposito aut casu aut impetu. Proposito delinquunt latrones, qui societatem habent cum aliis in via, impetu autem, cum per ebrietatem ad manus aut ad ferrum veniunt, casu vero, cum in venando telum in feram missum hominem interficit. Et sane in omnibus criminibus distinccio hec penam aut iustam eligere debet aut temperamentum admittere.

Aut facta puniuntur, ut furta et homicidia, aut dicta, ut convicia et perfide advocaciones, aut scripta, ut falsa et famosi libelli, aut consilia fraudulenta, ut coniurationes et latronum consciencia et qui suadendo aliquos inducunt ad maleficia.

Et hec quatuor genera consideranda sunt septem modis, scilicet causa, persona, loco, tempore, qualitate, quantitate, eventu.

Causa, ut in verberibus, que a magistratu vel a parente illata impunita sunt, quia emendacionis non iniuris gratia videntur adhiberi.

Persona dupliciter spectatur: eius, qui fecit, et eius, qui passus est. Aliter enim puniuntur ex eisdem facinoribus servi quam liberi et aliter qui in dominum vel parentem ausus est quam qui in extraneum. Consideracio eciam etatis in talibus est habenda.

Locus facit, ut idem vel furtum vel sacrilegium sit.

Tempus discernit furem diurnum a nocturno.

Qualitate, cum factum atrocius vel lenius est, ut furta manifesta a non manifestis discerni solent.

Quantitas discernit furem ab abigeo, nam qui unum porcum subriperit, ut fur cohercebitur, qui gregem, ut abigeus.

Eventus spectatur, ut a clementissimo quoque facta, licet lex non minus eum, qui occidendi hominis causa cum telo fuerit, quam qui occiderit puniat. Et ideo apud Grecos exilio voluntario casus fortuiti puniebantur.

Si pena alicui irrogatur, in heredem non transit, quia pena constituitur in emendacionem hominum, que mortuo eo, in quem est constituta, desinit.

519. O trestech obecně, co se týče jejich rozlišení, osob pachatelů, způsobů páchaní zločinů a jiných rozličných věcí, z čehož jsou z největší části sestaveny níže uvedené sentence

Lidé páchají zločiny buď úmyslně, nebo náhodou, nebo z náhlého pohnutí. Úmyslně se proviňují zločinci, kteří se spolčují s jinými na cestě a přepadávají lidi, avšak z náhlého pohnutí ti, kdo v opilosti podstoupí souboj pěstmi, nebo meči, náhodou ten, kdo při lovu oštěpem vrženým po zvířeti zabije člověka. A vskutku u všech zločinů má toto rozlišení buď vybrat spravedlivý trest, nebo přivodit jeho zmírnění.

Trestány jsou buď skutky, jako krádeže a vraždy, nebo vyččená slova, jako urážky a obmyslná právní pomoc, nebo slova napsaná, jako falešné a nactiutřačské žaloby, nebo zlovolné rady, jako mezi zločinci při společném jednání a při vědomí o páchání zločinu a jako je u jednání těch, kdo svými svody přivádějí další lidi k páchání zločinů.

A tyto čtyři formy zločinného jednání je nutno posuzovat podle sedmi okolností, za kterých jsou zločiny páchány, totiž podle příčiny, osoby, místa, času, kvality, kvantity, následku.

Příčina, jako při bití, které je prováděno úřadem, nebo rodičem a které je beztrestné, protože, jak se zdá, je vykonáváno za účelem nápravy, nikoliv páchání bezpráví.

Osoba je posuzována v dvojím ohledu, z hlediska toho, kdo bezpráví spáchal, a toho, kdo bezpráví utrpěl. Jinak jsou totiž trestáni za tytéž přečiny poddaní než svobodní a jinak ten, kdo se opovážil, provinit se proti pánu, nebo rodiči, než ten, kdo se opovážil, provinit se proti cizinci. V takových případech je rovněž třeba brát zřetel na věk.

Místo způsobuje, že totéž je buď krádeží, nebo svatokrádeží.

Čas odlišuje zloděje denního a nočního.

V kvalitě, když byl zločin spáchán buď závažnějším, nebo méně závažným způsobem, jako je zvykem rozlišovat krádeže zjevné od nezjevných.

Kvantita odlišuje zloděje obyčejného od zloděje dobytka, neboť ten, kdo ukradne prase, bude trestán jako zloděj, kdo ukradne stádo, jako zloděj stáda.

K následkům se přihlíží, jako např. k činu jinak veskrze mírného člověka, když už zákon trestá neméně toho, kdo se s kopím v ruce nachystal, aby zavraždil člověka, než toho, kdo jej zavraždil. A proto u Řeků byl trestán náhodou spáchaný zločin dobrovolným odchodem do vyhnanství.

Když je někomu ukládán trest, nepřechází na dědice, protože je vynášen k nápravě člověka, která přestává být možná smrtí toho, kdo je trestán.